

## VIRGILE – ENÉIDE, VI – 450-476 - DIDON AUX ENFERS

450 Inter quas<sup>1</sup> Phoenissa recens a vulnere<sup>2</sup> Dido  
errabat silva in magna ; quam<sup>3</sup> Troius heros  
ut primum juxta stetit adgnovitque per umbras  
obscuram, qualem<sup>4</sup> primo qui surgere mense<sup>5</sup>  
aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam,  
455 demisit lacrimas, dulcique adfatus amore est :

“Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo  
venerat exstinctam, ferroque extrema secutam<sup>6</sup> ?

Funeris heu tibi causa fui ? Per sidera juro,  
per superos, et si qua fides tellure sub ima est,

460 invitus, regina, tuo de litore cessi<sup>7</sup>.

Sed me jussa deum<sup>8</sup>, quae nunc has ire per umbras,  
per loca senta situ<sup>9</sup> cogunt noctemque profundam,  
imperiiis egere suis ; nec credere quivi  
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.

465 Siste gradum, teque aspectu<sup>10</sup> ne subtrahe nostro.

Quem fugis ? Extremum<sup>11</sup> fato, quod te adloquor, hoc est.”

Talibus Aeneas ardentem et torva tuentem  
lenibat dictis animum, lacrimasque ciebat<sup>12</sup>.

Illa solo fixos oculos aversa tenebat,

470 nec magis incepto vultum sermone movetur,  
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes<sup>13</sup>.

Tandem corripuit sese, atque inimica refugit  
in nemus umbriferum, conjunx ubi pristinus illi  
respondet curis aequatque Sychaeus amorem<sup>14</sup>.

475 Nec minus Aeneas, casu concussus iniquo,  
prosequitur lacrimis longe, et miseratur euntem.



Suicide de Didon,  
Manuscrit des *Métamorphoses* d'Ovide  
ms 742, fol.243 v (BM Lyon)  
vers 1385

1- *Inter quas* : relatif de liaison, désignant les femmes qui se trouvent dans les champs des Pleurs et qui sont toutes mortes par amour.

2- *Recens a vulnere* : litt.[toute récente de sa blessure].

3- *Quam est* à la fois complément de *juxta* et d'*agnovit*.

4- *Qualem lunam qui* : semblable à la lune que l'on...

5- *Primo mense* : dans sa première phase.

6- *Exstinctam [te esse]... secutam [te esse]*, propositions infinitives dépendant de *nuntius*.

7- Réminiscence d'un vers de Catulle faisant parler une boucle de cheveux de la reine Bérénice : *Invita, o regina, tuo de vertice cessi*.

8- *Deum = deorum*.

9- *Loca senta situ* : lieux repoussants de moisissure (traduction d'une expression homérique).

10- *Aspectu* : datif archaïque.

11- *Hoc est extremum quod* : c'est la dernière fois que.

12- Les érudits discutent pour savoir si le verbe *ciebat* a la même fonction conative que l'imparfait *leni(e)bat* (il cherchait à lui tirer des larmes) ou s'il désigne simplement l'émotion du sujet (Enée), comme le suggère le chiasme entre les v.455 et 468.

13- *Silex et cautes* sont des attributs.

14- Ces retrouvailles de Didon et de son mari Sychée (défunt au moment de sa rencontre avec Enée) sont en accord avec la propagande augustéenne en faveur du mariage unique et de la fidélité conjugale...